

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

INCIPIT CONCILIVM TOLETANVM DVODECIMVM HABITVM ERA, DCC. XIX. ANNO
PRIMO ERINGII REGIS QVINTO IDVS IANVARII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

nire, vt paternis institutionibus obsequentes omni anno ad peragendum celebritate concilii in metropolitana sede tempore quo principis vel metropolitani electio definierit, deuotis semper animorum studiis conferamus, nec quibuslibet requisitis occasionibus absentemur, sed in preparato die quo iudicium fuerit adunatis in metropolitana sede omnibus prouincie pontificibus concilium deo presule celebretur, Quisquis autem episcoporum excepta ineuitabili causa vel necessitate de paragendo se concilio absentauerit per vnus anni metas erit excommunicatione plectendus, Quod si deinceps absque celebratione concilii anni vnus metas transierit omnium in commune pontificum carthaginis prouincie superioris censure sententiam obnoxius retinebit, id est, si nulla eum impediēte principis potestate vel infirmitate, aut ineuitabili causa, sed solius proprie voluntatis libitu sese ad celebrandum concilium non collegerit.

Capitulum decimum sextum.

A His ergo constitutionibus nostris quas necessario gerendas credidimus, finali manu nostre subscriptionem adiecimus, immortali deo nostro & domino gloriam & honorem reddentes, qui nos de conuentu alterne visionis letos efficit, qui os nostrum in confessione laudis sue aperuit, qui etiam decreta huius nostri concilii honestate compleuit, Post hec religioso domino nostro, & amabili principi nostro Vuambano regi gratiarum actiones persoluimus, cuius & studio aggregati sumus. Qui ecclesiastice discipline nostris seculis nouus reparator occurrens omnes conciliorum ordines non solum restaurare intendit, sed etiam annuis recursibus celebrandos instituit, & alterna morum correctione annuo tempore alacriter concurrentes iuxta prophete vaticiniū, quod in nobis defractum est alligetur, & quod abiectū est reducat. Det ergo eidem principi dominus pro huius sacre sollicitudinis voto & cursu presentis vite in pace transire, & post diuturna tempora ad se in pace remissis iniquitatibus peruenire, qualiter & ille felicia tempora ducat, & felix cum omnibus quibus principatur ad christum sine confusione perueniat, vt quia per eum corona nostri ordinis in melius restauratur coronam futuri regni capiat ex hoc in regione viuorum regnans cum christo in secula seculorum. Amen. Interfuerunt huic concilio pontifices decem & septem. Ego Quiricus urbis regie metropolitani episcopus hec gesta synodica a nobis definita subscripsi. Similiter & alii episcopi subscripserunt decem & septē.

Explicit concilium Toletanum vndecimum.

INCIPIT CONCILIVM

TOLETANVM DVODECIMVM HABITVM ERA, DCC. XIX. ANNO PRIMO ERINGII REGIS QVINTO IDVS IANVARII.

B



VM EX GLORIOSO PREDICTI PRINCIPIS IVSSV IN vnum fuisset aggregati conuentum, & in basilica sanctorum apostolorum de bitis in sedibus locaremur, Affuit coram nobis idem demetissimus princeps humanitatis gratia plenus, & clari pietatis cultu perspicuus, qui nostro se cetui reliquiem exhibens ac deuotum imprimis omnium sacerdotum se commisit precibus adiuuandum, deinde grates multiplices omnipotenti domino egit de conuentu concilii totius, vt sue gloriose iussionis, cum in vnum adessent impleuerint votum & alterne visionis inuolutionem fecerint gaudiorum, deinde adiiciens sic omne concilium est allocutus. Non dubium est sanctissimi patres quod optima conciliorum adiutoria ruenti mundo subueniant, si officiosis que corrigenda sunt studiis peragantur, Et ideo quibus plagis pro euentu dierum succedentium peream? paternitati vestre non reor esse incognitum. Ob inde quia certum apud nos gerimus quod pro contemptu diuinorum preceptorum terra perniciem sustineat pressurarum dicente domino per prophetam. Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea, Ideo oportet, vt quia os saluatoris nostri & domini oracula esse probamini, per vos saluationis obtineat lumen, per quos regenerationis percepit sacramentum, vt diligentia dignationis vestre ab omni munda contagione & ab infirmitatis peste sit libera, & bonorum omnium puentibus gratiosa sit, Iam nunc quicquid me adhuc dicere opportuna ratio sinat, quicquid etiam narrandum auribus vestris conuenit, memorie

aut memorie titulorū intercapedo subducit, aut fastidiū plīxe orōnis intercīpit, ecce in breui cōple-
xa vel exarata deuotionis mee negotia, in huius tomo complicationis agnosceda perlegite, perlecta
discutite, discussa elimatis ac discretis titulorum sentētiis definite, vt pura & placens deo vestrarum
definitionum valitura discretio & regni nostri primordia decoret exhortatiōe iustitie, & terrores ple-
bium digna cohibeat seueritate censura, scriptū est enim. Iustitia eleuat gentem, miseros facit popu-
los peccatū. Tunc suscepto a glorioso principe hoc tomo pro tam salubri inuitamento, & copiosas
grates retulimus dño Iesu christo & item benediximus principi glorioso, Post egressum ergo eiusdē
serenissimi principis hec in iam dicto tomo scripta reperimus.

Compellatio regis Eringii ad conciliū.

IN nomine domini Flauius eringius rex sanctissimis patribus in hac sancta synodo residentib⁹, **A**
Reuerētissimi patres, si patres & honorabiles ministeriorū celestiu sacerdotēs soliditatem sancte fī
dei veraciter teneat, sincera cordis deuotione amplectantur, testimoniū paternitatis vestre fortissimū
in salutis nostre aduoco adiumentū, vt qui regnum factore deo ad saluationem terre, & subleuationē
plebium suscepisse nos credim⁹, sanctitudinis vestre cōciliis adiueamur, Vnde licet sublimationis no-
stre primordia paternitatis vestre cetū opinabili relatione nō lateāt, quib⁹ clara diuinorum iudiciorū
dispositione preuentus, & regnandi concēderim sedem, & sacrosancti regni pceperim vnctionē, nūc
tū melius id poteritis & scripti relatione cognoscere, & promulgationis vestre sentētiis publicare, vt si
cut eadem regni nostri primordia cōuent⁹ vestre sanctitudinis cōperit diuinit⁹ ordinata, ita in his
& orationibus solamen impēdat, & salubriū conciliorum nutrimenta impertiat, quo susceptum regnū
sicut iam vestris assentionibus teneo gratū, ita benedictionum vestrarū pfruar definitionibus conle-
trandum, vt innouatio quodāmodo nostri videatur imperii hec numerositas vestri ordinis aggre-
gata, Et ideo quia dominus pcepit in euāgelio dicens. Amen dico vobis, si duo ex vobis consenserint
super terram de omni re quācūq; petierint, fiet illis a patre meo qui in celis est, ob hoc venerabilē pa-
ternitatis vestre cetū cum lachrymarum effusione cōueni, vt zelo vestri regiminis purgetur terra cō-
tagione prauitatis. Exurgite queso exurgite, culpatorū soluite nodos, transgressorū mores corrigi-
te inhonestos, & excitate zeli disciplinam in perfidos, superbiorū mordacitates extinguite, oppres-
sorū ponderib⁹ subuenite, & quod plus omnibus est, iudeorum pestem que in nouam semper re-
crudescit infāciam radicitus extirpate, leges quoq; que in eorūdem iudeorum perfidiam propter va-
nam gloriā nouiter promulgate sunt omni examinationis pbitate pcurrite, & tam eisdem legib⁹ te-
norem incōuulsum adiciate, quā pro eorūdem perfidorū excessibus cōplexas in vnum sentētiās pro-
mulgate, Etenim valde nobis cauēdum ne tot antiquorum canonum regule que pro eorum errorib⁹
bus sunt promulgate, nos illorum culpis obnoxios reddant, si nostri regni temporibus eorūdem
canonum cōstructio dissoluta pertranseat, Presertim si legis illius (quod absit) serenitatis nostre in tē-
pore illa dare fidei institutio cesset, vbi diue memorie dominus atq; pcessor noster sisebutus rex oēs
successores suos sub perpetua maledictionis censura obstrinxit, quicūq; regum mancipium christia-
num iudeo seruire vel famulari permiserit & cetera. Post hec illud quoq; vestris de eo placitis infero
sensibus corrigendū quod decessoris nostri preceptio promulgata lege sancit, vt omnis aut in ex-
peditionem exercitus non progrediens, aut de exercitu fugiēs testimonio dignitatis sue sit irreuoca-
biliter carens. Cuius seueritatis institutio dum non per totos hyspanie fines ordinata decurrit, dimi-
diam fere partē populi ignobilitati perpetue subiugauit, ita vt quia in quibusdam villulis, vel territo-
riis siue vicis portis huius infamationis habitatores ipsorum locorum sint degeneres redditi, & quia
testificandi nullam habent licentiam veritatis ex toto videatur interiisse celsura, sicq; gemino malo ter-
ra atteritur, dum & lege & repēdiende veritatis destituitur adiumento, Vnde licet eandem legem no-
stre glorie mansuetudo temperare disponat, vestre tamen paternitatis sententia hos qui per illam in-
fanie notam titulum dignitatis amiserant, reuestiri iterum claro pristīne generositatis testimonio de-
uotissime optat. Nunc vero misericordia preeunte taliter hec disponite qualiter nec nostra gloria mi-
nisterium crudelitatis adhibeat, nec tam seua preceptio terram sub diutino infamationis iugulo pre-
mat. Nam & hoc generaliter obsecro, vt quicquid in nostre glorie legibus absurdum quicquid ius-
titie videatur contrariū, humanitatis vestre iudicio corrigatur. De ceteris autem causis atq;
negotiis que nouella competunt institutione formari, videndarum sententiarum titulis exaranda cō-
scribite, vt quia prelo sunt religiosi prouinciarum rectores, & clarissimorum ordinū totius hyspanie

CONCILIVM TOLETANVM DVODECIMVM

duces promulgationis vestre sententias coram positi p̄noscentes, eo illas incōmissas sibi terrarum latitudine inoffendibili exerant iudiciorū instantia, quo presentialiter assistētes p̄spicua oris nostri perceperint instituta, Omnes tamen in cōmune cōuenio & vos patres sanctissimos & vos illustres aule regie viros, quos interesse huic sancto cōcilio delegit nostra sublimitas p̄ diuini nominis attestationem & terribile cūctis futuri iudicii diem, vt sine personarū acceptione aliqua, vel fauore, sine aliquo quoq; aut maligne cōtentionis scrupulo, aut subuertēde veritatis studio, que vestris sensibus audienda in gesserint sana verborū examinatione discutite, saniori q; iudicio comprobate, vt collatarū habita prius deliberatione causarū discreta nostri ordinis condatur probitas titulorū, qualiter cum nos amor equitatis in negotiorū acceleratione reddiderit feruidos, efficientia quoq; iustorū operum cōnectat deo perhenniter sociandos, vt bonorū vestrorum actibus letabundus & presentis vite capiam lucrum, & eternarum perfruar vobiscum gaudiis mansionum. Datū sub die quinto idus Ianuarii, Anno felicitate primo regni serenitatis & tranquillitatis nostre in dei nomine toleto.

SVBSCRIPTIO.

A In nomine domini Flauius eringius rex, Magna salus populi gentisq; nostre ac regni cōscribitur si hec synodalia decreta gestorū, sicut pio deuotionis nostre studio acta sunt, ita incōuulsibilis legis nostre valido oraculo cōfirmētur, vt quod serenissimo celsitudinis nostre iussu venerandis patribus & clarissimis palatii nostri senioribus decreta titulorū exaratione est edictum, presentis huius legis nostre edicto ab emulis defendatur, Est enim hec ipsa definitio canonū sub isto notata ordine titulorū.

INCIPIVNT CAPITVLA EIVSDEM CONCILII.

Capitulum primum.

- | | | | |
|------|--|------|---|
| i | De agnita & confirmata prelatione fastigii principalis in nomine sancte trinitatis. | | per legem que de promotione exercitū facta est testificandi licentiam perdiderint. |
| ii | De his qui penitentiam cōsentientes accipiunt. | viii | De his qui vxores suas diuortio intercedente relinquunt. |
| iii | De culpatorum receptione, vel cōmunionē apud ecclesiam. | ix | De confirmatione legum que in iudeorum nequitia promulgate sunt earundēq; legum prefixo ordine titulorū qui in eodem canone annumerantur. |
| iiii | Vt in locis vbi episcopus non fuerit nunquam episcopus ordinetur. | x | De his qui ad ecclesiam confugium faciunt. |
| v | De quorundam consuetudine sacerdotū fedissima qui oblatis deo sacrificiis non cōmunicant. | xi | De cultoribus idolorum. |
| vi | De concessa toletana pontificis generalis synodi potestate, vt episcopus alterius provincie conuiuentia principum in vrbe regia ordinetur. | xii | De indicto temporis cōstituti quod debeat concilium celebrari. |
| vii | De recepto testimonio personarum que | xiii | Conclusio definitionum, in qua & deo gratie referuntur & p̄ principe exoratur. |

Expliciunt capitula.

INCIPIVNT DECRETA CONCILII TOLETANI DVODECIMI.

B PRIMO DIE SYNODALIS EXORDII CONSIDENTIBVS ep̄is atq; senioribus palatii vniuersis, habita est primo de sancta trinitate collatio, non que nouello exactionis stilo definita patefceret, sed que verbis simplicioribus sese p̄gris sensibus patefacta monstraret, vbi p̄missa semper lectio prederet, qd sequens expositio aperiret. Credentes pariter & docentes de eadē sancte fidei puritate quicquid euangelica & apostolica traditio sanxit, quicquid sancta synodus nicena constituit, quicquid cōstantinopolitana patrū aggregata collectio promulgauit, quicquid ephesini cetus definitio docuit, sicut multorum catholicorū patrū documēto expositū traditūq; nobis accepimus, sicut etiam in missarum solemnibus patulis confessionū vocibus proclamamus.

Credimus